EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

HOC. IPSO. VERNO. TEMPORE.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Ioannes. Theodorus. Vœmel.

Rector et Professor.

FRANCOFURTI. A. MŒN. MDCCCXXXIII.

TYPIS HENR. LUDOV. BRŒNNERI.

33.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS
16 S '14

g. v. Verna(?)

Quo anno Thurii conditi sint?

Nuper de re vehementer dubia disseruimus, nunc certam traditionem breviter confirmemus. Constat enim Thurios conditos esse Olymp. LXXXIV, 1 a. Chr. 444. Attamen Diodori Siculi testimonium illam traditionem reddidit incertam. Hanc rem exploraturi, eandem viam ac rationem ingrediamur, quam in priore dissertatione chronologica probavimus.

Circiter Olymp. XV, 1 a. Chr. 720.

Sybaris ab Achivis e Peloponneso advenientibus condita est. Scymn. Ch. vs. 325. vs. 339. vs. 358 sq.:

> *τὰ πάντα διαμείναντας* (sc. Sybaritas) *ἀπαίστως ἔτη*
> *ὡς ἑκατὸν ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς εἴκοσι.*

Vid. ad Olymp. LXVII, 3. Eusebius quidem Armeni ad Olymp. XVIII, 1 Crotonem, Parion et Sybarim conditas esse ponit eodem anno; at Sybaris ante Crotonem culta erat. Diodor. Reliqq. Vatic. Lib. VII—X cap. 10: *Τοῦ χρησμοῦ προστάσσοντος Κρότωνα κτίζειν, ὁ Μύσκελλος τὴν περὶ Σύβαριν χώραν θαυμάσας ἐβούλετο κτίσαι.* Antiochus Syracusanus ap. Strab. Lib. VI cap. 1 p. 262 B: *τοῦ θεοῦ φήσαντος Ἀχαιοῖς Κρότωνα κτίζειν, ἀπελθεῖν Μύσκελλον κατασκεψόμενον*

τὸν τόπον. ἰδόντα δ' ἐκτισμένην ἤδη Σύβαριν — κρῖναι ταύτην ἀμείνω, ἐπανερέσθαι δ' οὖν — εἰ δοτὸν εἴη ταύτην ἀντ' ἐκείνης κτίζειν. Non suffragor F. R. C. Krebsio censenti hoc ab Antiocho temere esse amplificatum. Lectt. Diodor. p. 229 sqq. *Κτίζεσθαι* autem locus jam aedificatus dici etiam a novis colonis notum est. Crotonem vero conditam esse Olymp. XVII, 3 diserte affirmavit Dionysius. H. Antiqq. Lib. II. cap. 59.

Olymp. LXVII, 3 a. Chr. 510.

Sybaris a Crotoniatis deleta est. Vid. ad Olymp. LXXXIV, 1. Secundum Scymnum Ch. vs. 353 primo anno Olympiadis Sybaritae ludos olympicos celebrantes a Crotoniatis oppressi sunt. Id quod cum Diodori ratione sic componi potest: Sybaris deleta Olymp. LXVIII, 1 a. Chr. 508, restituta post 58 annos plenos i. e. a. Chr. 451, non 452, quem numerum posuimus.

Olymp. LXXXI, 4 a. Chr. 452.

Post 58 annos Sybaris a Thessalis et collectis Sybaritarum reliquiis restituta est. Diodor. Lib. XI cap. 90, ubi lacuna apparet inter Olymp. 81, 4 et 82, 2. — Vid. ad. Olymp. LXXXIV, 1.

Olymp. LXXXIII, 3 a. Chr. 446.

Sybaritae a Crotoniatis iterum ejecti sunt. Vid. ad Olymp. LXXXIV, 1.

Olymp. LXXXIV, 1 a. Chr. 444.

Thurios loco Sybaris condiderunt Athenienses collectis diversis colonis Praxitele Archonte. Dionys. H. Jud. Lys. init. Vol. V p. 452: *Λυσίας— ἔτη πεντεκαίδεκα γεγονὼς εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου.*

Quod bellum inceptum est Pythodori Archontis decimo mense* i. e. Olymp. LXXXVII, 1 Munychione exeunte (*τελευτῶντος τοῦ μηνὸς τὰ γιγνόμενα ἦν* Thuc. Lib. II cap. 4) a. Chr. 431 Aprili. — Consentit scriptor vitae Lysiae in Vitis X Oratt. p. 835 C, verbis ita emendatis: *γενόμενος* (i. e. natus) *Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλείδην, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος* (a. Chr. 459). — *ἐπεὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν τὴν ὕστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν ἔστελλεν ἡ πόλις, ᾤχετο — τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, ὡς κοινωνήσων τοῦ κλήρου* (sc. *πατρῴου*, quod addit Photius, erat enim orator Syracusis oriundus), *ἔτη γεγονὼς πεντεκαίδεκα, ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος.* Nihil hac emendatione certius. Nam 15 + 444, quo Praxiteles Archon erat, = 459. Conveniunt sic cum eo scriptore etiam Dionysius loc. adscripto, Photius Bibl. cod. 261 fin., Suidas s. v. *Λυσίας*. Sed edita sunt illa verba: *γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος* etc. Nomen perversum jam alii correxerunt (vid. Taylori Vit. Lysiae in Reisk. Orr. Vol. VI p. 205 et p. 103 ibiq. citt.), qui iidem ejecerunt *καὶ. δευτέρας* male repetitum. Paulo infra quamquam non sine

---

*) Thuc. Lib. II cap. 2: *Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις, μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην μηνὶ ἕκτῳ καὶ ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ* sc. Thebani Plataeam Atheniensium sociam per proditionem occupaverunt. Quo facto foedus solutum et bellum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis paratum est. Thuc. loc. cit. cap. 7. Octogesimo die post media aestate Euthydemo Archonte Olymp. LXXXVII, 2 Lacedaemonii in Atticam invadunt. Thuc. libro cit. cap. 19. Quaerendum est igitur, utrum ab insidiis in Plataeam factis an ab impetu a Lacedaemoniis in Atticam converso initium belli deducendum sit. Thuc. Lib. V cap. 20. Dionysius certe sicut Thucydides numerat annos inde a Pythodoro Archonte.

vitio leguntur: *κἀκεῖ διέμεινε — ἕως Κλεάρχου* (scr. *Κλεοκρίτου*) *ἄρχοντος, ἔτη ἑξήκοντα τρία* (scribe fidenter *τριάκοντα τρία* cf. Taylor. loc. cit. p. 110). *τῷ δὲ ἑξῆς Καλλίᾳ Ὀλυμπιάδι ἐνενηκοστῇ δευτέρᾳ. — παραγενόμενος* (*αὖθις* Dionys.) *Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος* etc. 33mo anno post adventum sive Olymp. XCII, 1 Lysias 47 annos natus revertit Athenas, natus est autem Philocle Archonte sive Olymp. LXXX, 2, eodem auctore infra repetente *γεννηθῆναι δέ φασιν ἐπὶ Φιλοκλέους*. Dionys. H. loc. cit. p. 453: *παραγενόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν.* Suidas s. v. *Λυσίας*: *ἐπανῆλθεν ἐς Ἀθήνας ἄγων ἔτος μζ΄.* Cf. quoque C. Hermann. in Diario schol. Zimmermanni 1831 No. 82 p. 651. Itaque Lysiae vita confirmat illa de anno Thuriorum conditorum conservata testimonia.

At repugnat iis Diodorus Sic. Lib. XII cap. 10: *ὕστερον δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸς τοῖς πεντήκοντα Θετταλοὶ συνῴκισαν, καὶ μετ᾽ ὀλίγον ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἐξέπεσον, πέντε ἔτεσιν ὕστερον τοῦ δευτέρου συνοικισμοῦ, κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιρούς, ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Καλλιμάχου συνῳκίσθη, καὶ μετὰ βραχὺ μετασταθεῖσα εἰς ἕτερον τόπον* etc. Diodorus quanquam non semel aliis scriptoribus refragatur, tamen in eodem versu duas res diversas ac prorsus contrarias dicere non potuit. Ut enim nunc ejus verba leguntur, Sybaris a Crotoniatis deleta esse dicitur et aedificata ab Atheniensibus eodem tempore et postero. Quae discrepantia ejusdem loci ut evanesceret, Corsinius F. Att. ad Olymp. LXXXIII, 3 et Wesselingius ad Diodor. loc. cit. censuerunt decretum quidem esse, ut colonia conderetur, jam Olymp. LXXXIII, 3, item fere Scaligerus ad h. annum, sed esse eam demum aedificatam Olymp. LXXXIV, 1. Cf. quos citavit Hermann. Antiqq. Graecc. §. 80 not. 22. At verba hoc non significant, sed unum vocabulum ejiciendum esse apparet, id quod toto loco adscripto cuilibet manifestum erit. *Τὴν δὲ πόλιν διήρπασαν καὶ παντελῶς ἔρημον ἐποίησαν* (sc. *τὴν Σύβαριν*

οἱ Κροτωνιᾶται). *Ὕστερον δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸς τοῖς πεντήκοντα Θετταλοὶ συνῴκισαν. καὶ μετ' ὀλίγον ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἐξέπεσον, πέντε* (scr. *ἕξ*, ut patet e Lib. XI cap. 90. cf. Wessel.) *ἔτεσιν ὕστερον τοῦ δευτέρου συνοικισμοῦ, κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιρούς, ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιμάχου.* [*συνῳκίσθη* dele.] *καὶ μετὰ βραχὺ μετασταθεῖσα εἰς ἕτερον τόπον προσηγορίας ἑτέρας ἔτυχε, κτιστῶν γενομένων Λάμπωνος καὶ Ξενοκρίτου* etc. I. e. Sybarim Crotoniatae diripuerunt et vastaverunt Olymp. LXVII, 3 a. Chr. 510. Sed 58 annis post eam primam eversionem urbs a Thessalis restituta est Olymp. LXXXI, 4 a. Chr. 452 (Diodor. Lib. XI cap. 90). Paulo post a Crotoniatis iterum diruta est, nempe 6 annis post, i. e. eo tempore et Archonte Callimacho, de quo ibi scriptor egit, Olymp. LXXXIII, 3 a. Chr. 446. Paulo post id tempus i. e. post duos annos, scil. Olymp. LXXXIV, 1 a. Chr. 444, colonia Atheniensium Thurios missa est. Itaque omnes omnino consentiunt deleto vocabulo alieno, quod ex antecedentibus *συνῴκισαν* et *συνοικισμοῦ* ortum esse putamus. Sed ejiciendum fortasse etiam *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιμάχου*, quo quis *κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιρούς* explicavisse videtur; molestum est certe *δ'*.

Restat ut examinemus testimonium Plinii H. N. Lib. XII cap. 4 sect. 8: „Urbis nostrae trecentesimo decimo anno — auctor ille „(sc. Herodotus) historiam eam condidit Thuriis in Italia." I. e. Anno urbis conditae 310 sive a. Chr. 444 Herodotus ad Thurios colendos profectus est, ubi historiam condidit. Socium autem fuisse scriptorem coloniae ejus deductae tradidit etiam Strabo Lib. XVI cap. 2 p. 656 C: *ἐξ αὐτῆς* (sc. *Ἁλικαρνασσοῦ ἐγένετο*) *Ἡρόδοτος — ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας.* Quae verba non possunt significare Athenis initio Herodotum remansisse et postea demum esse profectum. Cf. Suidas s. v. *Ἡρόδοτος*: — *εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων ἐθελοντὴς ἦλθε.* — *Περὶ Ἡροδότου λέγει ὁ Παραβάτης ἐν ἐπιστολῇ: — εἴ τῳ πιστὸς*

ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ. Quod Juliani fragmentum nuper repetiit Heyler. p. 152. cf. Imperatoris Ep. XXII. Aristotel. Rhet. Lib. III cap. 9 init. Epitaphium ap. Stephan. Byz. s. v. Θούριοι cum Heysii explicatione in Quaest. Herod. p. 10. — Musae vero Herodoteae neque uno anno compositae sunt neque non recitatae. Qua de quaestione breviter commemoremus, quid nostra aetate viri docti repererint.*

Passim Herodotus historiarum suarum et publice et privatim recitavit partem. Thebis quidem pueris narrandi consilium cepit, sed impeditus est a magistratibus, ut scribit Aristophanes Boeotus ap. Plutarch. Malig. Herod. p. 864 C. cap. 31 initio: Ἀριστοφάνους δὲ τοῦ Βοιωτοῦ γράψαντος, ὅτι χρήματα μὲν αἰτήσας οὐκ ἔλαβε παρὰ Θηβαίων (vulgo Ἀθηναίων), ἐπιχειρῶν δὲ τοῖς νέοις διαλέγεσθαι καὶ συσχολάζειν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐκωλύθη δι' ἀγροικίαν αὐτῶν καὶ μισολογίαν. Addit autem Plutarchus ἄλλο μὲν οὐδέν ἐστι τεκμήριον. Item fere Corinthi evenisse refert Dio Chrysostomus Or. Corinth. 37 p. 103 ed. R.: ἧκε δὲ καὶ Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς ὡς ὑμᾶς λόγους φέρων Ἑλληνικούς, ἄλλους τε καὶ Κορινθίους οὐδέπω ψευδεῖς, ἀνθ' ὧν ἠξίου παρὰ τῆς πόλεως μισθὸν ἄρνυσθαι. Διαμαρτὼν δὲ τούτου etc. Sed praecipue Graeciae Graeciam petiit. Athenienses (Panathenaeis) recitatione delectavit et a Senatu coronatus est Olymp. LXXXIII, 3, a. Chr. 442. Eusebius (Armeni ad h. a., in Scaligeri Editione ad annum 4 e metachronismo, quem jam Scaligerus detexit): Ἡρόδοτος ἐτιμήθη παρὰ τῆς Ἀθηναίων βουλῆς ἐπαναγνοὺς αὐτοῖς τὰς βίβλους. Cf. Plutarch. loc. cit. cap. 26 p. 862 A: ὅτι — δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηναίων Ἀνύτου (sic pro ἀντὶ τοῦ jam Xylander legit,

---

*) Praeter alios laudamus Creuzeri Art. Histor. p. 95. — Heysii Quaestiones Herodoteas cap. II p. 23 sqq. — C. Hermanni Excursum VI ad Baehrii Herod. Vol. II p. 656 sqq. — Krügeri Dissertationem De Thucydide p. 9 sqq.

addicente Basileensi) *τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίϋλλος εἴρηκεν.* Anytus is aut alius est quam accusator Socratis Olymp. XCV, 1 a. Chr. 399*, aut decretum illud diu post Olymp. LXXXIII, 3 ab eodem est rogatum. Vid. Hermann. in Baehrii Herod. II p. 659. Saepius certeque post Olymp. LXXXV, 4 a. Chr. 437 Herodotus Athenas visitasse videtur. Nam eo anno Propylaea aedificari coepta sunt. Harpocrat. s. v. *Προπύλαια.* Herodotus autem ea vidisse videtur, quia scribit Lib. V cap. 77: *τὸ δὲ ἀριστερῆς χερὸς ἕστηκε πρῶτον ἐσιόντι ἐς τὰ Προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι.* — Olympicam recitationem tradidit Suidas s. v. *Θουκυδίδης: — οὗτος ἤκουσεν ἔτι παῖς τυγχάνων Ἡροδότου ἐπὶ τῆς Ὀλυμπίας τὰς ἱστορίας αὑτοῦ διερχομένου, ἃς συνεγράψατο* etc. Id. s. v. *Ὀργᾶν.* Narrationem amplificavit Lucianus libello, quem inscripsit Herodotum. Poterat Herodotus etiam post Olymp. LXXXIV, 1 Thuriis ad ludos Olympicos proficisci aut antea partem operis sui ibi recitare. Absolutum est enim id opus demum post belli Peloponnesiaci primos annos (Krüger. Dissertat. De Thucyd. p. 25 p. 30), quo tempore Thucydides jam adoleverat, non amplius *παῖς τυγχάνων* vel *κομιδῇ νέος* (Phot. Bibl. cod. 60 p. 28 Hösch.). Sed hic illum potuit audire Athenis Olymp. LXXXIII, 3, decem fere annos natus. Cf. Marcellin. §. 54 p. 730. Namque Olymp. 94 quum aliquanto major quam 50 annorum aetatem ageret, mortuus est; itaque natus Olymp. 81 aut 82. Krüger. loc. cit. p. 8. Pamphila quidem ap. A. Gellium N. A. Lib. XV cap. 23 tradidit Thucydidem *videri* belli Peloponnesiaci initio quadraginta annos natum fuisse. Indeque concludunt eum Olymp. LXXXI, 1 a. Chr. 456, anno aetatis 16mo, Herodotum historias recitantem audivisse, non prius, quia nimis tenerae aetatis fuisset, quanquam hoc ipsum perhibent

---

*) Vid. quos citaverunt Clinton et Krügerus ad h. a.

auctores, et quia etiam Herodotus vix satis aetate provectus fuisset; nec posterius, quia Thucydides pueritiâ excessisset. At Pamphilae testimonium falsum est. Nam fine belli Peloponnesiaci Thucydides major erat aliquot annis quam quinquaginta. Marcellinus p. 726. Qui numerus non potest corrigi in π′ i. e. octoginta. Vid. Krüger. ad Dionys. p. 91. Ergo natus erat Thucydides initio ejus belli circiter viginti quatuor annos, εἰς ἄνδρας ἀφικόμενος (Aphthon. Progymn. p. 11 ed. Port.). Itaque quae de utroque scriptore ab auctoribus traduntur non solum non amplius neganda sunt, sed etiam, cujus rei causa de iis diximus, Plinii testimonium de Thuriis conditis declarant.